



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 113. Copiarum suppetiæ a Sancio ad Regem transmissæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI  
A. C. 1589

jam ad Helvetios contenderat, ubi etiam Regis nomine milites conduxerat. Comes etiam Schombergius æque, ac Jacobus Augustus Thuanus Præses ad Rudolphum Cæsarem pergere jubebatur: interim vero Rex has copias expectaturus primo Pontisaram contendit, quæ Urbs per quindecim dies obfessa tandem die vigesima quinta Julii sese dederat, & post occupatam urbem plura alia minoris momenti oppida ad Oesiam flumen sita Regiis armis subiciebantur, prius vero Dordiacum, & Possiacum deditionem fecerant, quæ ratione aditus ad obsidendam Parisinam urbem magis expeditus reddebatur, prout Navarrae Rex suaferat.

## §. CXIII.

*Copiarum suppetiæ a Sancio ad Regem transmissæ.*

Thuan. 8<sup>o</sup>  
Davit. Mem.  
de la Lig.  
t. 3. p. 527.

Interea Henricus III., qui Castri-Heraldi agebat, intellexerat, quod Sancius Gesiam, Tunonium oppidum, necnon Ripaliam arcem, aliaque loca Sabaudia Ducis, quem in suo Genevenses, & Lauffannenses invadendi consilio præpedire nitebatur, eripuisset, simulque duodecim Helvetiorum millia, mille pedites Germanos, necnon tria Gallorum pedum millia ad Regem adduceret, ac cum hisce copiis jamjam ad Lingones con-



contenderet, ut Castellione ad Sequana-  
nam Longavillæ Duci, & Francisco Lanajo  
sele jungere posset, hinc Rex Sancio  
adhuc iter prosequente, Castro-Heraldo  
discessit Turonium reversurus: inde vero  
Blesas, ac demum Bogentiacum concessit:  
adventante autem Sancio Confluentii prope  
Pontisaram morabatur.

## §. CXIV.

*Parisiensæ Urbis obsidio.*

Regis exercitus hisce suppetiis auctus  
fœderatos brevi debellando par esse  
credebatur, ac die vigesima quinta Ju-  
lii superato Possiacensi ponte Rex altera  
die summo mane suas copias recensē-  
bat unacum Navarræ Rege, & Mont-  
penferio Duce: eadem vero die motis  
castris ad sancti Clodoaldi oppidum ad  
sequanam situm contendit, moxque vi-  
gesima nona ejusdem Mensis die sa-  
xeum pontem huic flumini impositum  
occupavit.

Postea sancti Honorati suburbium,  
ac Luparense Palatium prope amnem  
cinxerat: interea autem Navarræ  
Rex altera ex parte a sancti Marsalli  
suburbio usque ad sancti Germani op-  
pidum copias suas extendit: ast Madua-  
nus Dux, qui Parisiis hærebat, non  
modo defendendæ urbi satis abunde  
prospe-

*Thuar. l. 96.**Davil. l. 10.**Mem. d' E-**toil. t. 1.**pag. 284.*